



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Codex traditionvm Corbeiensivm**

**Falcke, Johann Friedrich**

**Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752**

Pars Nona. De Bonis Traditis Tempore Corbeiensis Abbatis Volcmari I Ab  
Anno 916 Vsque Ad 942.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36114**

TRADITIONVM CORBEIENSIVM  
PARS NONA,

QVAE CONTINET  
TRADITORES ET RES TRADITAS  
SVB REGIMINE

ABBATIS CORBEIENSIS  
VOLCMARI PRIMI

AB ANNO 916 VSQVE 942.

REGNANTIBVS  
CHVONRADO PRIMO  
ET  
HEINRICO PRIMO

TRADITIONUM CORRECTIONUM

PARS NONA

TRADITIONES ET RES TRADITAS

ET RES TRADITAS

ABBATIS CORRECTIONIS

VOLONTARI PRIMO

ANNO DOMINI 1100

REDACTIS

CHRONICO PRIMO

ET

HENRICO PRIMO



§. 381.



radidit thiadricus pro riclinde I familiam in *ernun* (f)  
tradidit hildired pro se I familiam in *alegremisbus* (g)

§. 382.

Tradidit tiadulfus pro asic et uxore sua et filia  
XXXVIII iugera et I iurnalem in *ecwardesbus* (h).

§. 383.

Tradidit bifo I iurnalem et I mansum pro matre sua ricberg in *liam-*  
*mannesbus* (i).

§. 384.

(f) Villam *Ernun* existisse in pago *Derlingo*, docet nos abbas Saracho in suo Registro De villa  
bonorum et P. A. C. Ex eo colligimus, designari vicum *Ebra* in Principatus *Ernun*  
Luneburgici praefectura Knefebeck, ita tamen, ut spectet iurisdicchio eiusdem vici in pago  
ad nobiles dominos de Bartensleben, nunc de Schulenburg dictos, ex Bartens- *Derlin-*  
lebia haerede natos; telonium vero ad praefecturam Knefebeck. An *Riclinde* *go*.  
fuerit *Thiadrici* vxor vel soror, traditiones nostrae non indicant. In medio pro-  
inde et nos illud relinquimus. Id tamen probabile nobis videtur, *Thiadricum*  
fuisse vel fratrem *Luitbarii* ducis, qui infra §. 396 nuncupatur Dodico, vel *Thia-*  
*dricum*, qui frater *Ailberni* erat, testante §. 385, inter progenitores Sommerfchen-  
burgicorum comitum referendos, de quibus egimus supra §. 186.

(g) *Alegremisbus* villa spectauit ad pagum *Falhen*, testante abbate Sarachone in Regi- De villa  
stro saepissime excitato. Arbitramur itaque, indicari vicum *Algermissen*, in episco- *Alegre-*  
patu Hildesheimensi situm. Confer supra §. 339. *mishus* in *Falhen*.

(h) *Ecwardesbus* erat in pago *Suilbergi*, abbate Sarachone teste, situm. Intelligimus De villa  
ergo, significari vicum *Oikersbusen*, in comitatu Dassel olim positum haud procul *Ecwar-*  
ab oppido Dassel, dudum vero desolatam. Anno 1237 appellatur eadem villa *deshus*  
*Ikeribusen*. Leznerus autem in *Chronico Dassel*. Lib. IV. p. 166. p. 191. b. et *in pago*  
Lib. VI. p. 3. b. nominat eam *Oikersbusen*, et Lib. VII. p. 128. *Oekessen*. De *Suilber-*  
*Thiadulfo*, qui in eadem villa quaedam tradidit, confer §. 104 not. (1) *gi*.

(i) De villa *Liammanesbus*, quae, Sarachone teste, sita fuit in pago *Logne*, iam egimus De villa  
supra §. 371, quo lectorem ablegamus. *Bifo* ad progenitores comitum de Nort- *Liam-*  
heim spectasse videtur. Si est eius pater *Wegani*, ut videtur, constituendus, *Bifo* *mannes-*  
frater fuit *Brunonis*, qui bona ad eandem villam sita quaedam largitus est eccle- *hus* in *pago*  
siae nostrae. Quodsi autem *Bifo* filius *Wegani* esset nominandus, fuisset dicti hu- *Logne*.  
ius *Wegani* vxor *Ricberga*. *Bifonis* nomen esse nomen viri, negare poterit nemo.  
*Bifo* enim, Paderbornensis episcopus, qui praefuit ecclesiae suae ab anno 887 vsque  
908,

Ab anno  
916 vsque  
922 re-  
gnante  
Chuon-  
rado et

§. 384.

Tradidit bucco pro filio suo oddo LVIII iugera et I iurnalem in  
*haberteshuf* (k).

§. 385.

Tradidit asic pro filio suo marcuuard I familiam in *aldantorpe* (l).

tra-

908, sat docet esse maris nomen. Fortassis episcopus *Biso* cum nostro *Bifone* ex vno germine procreatus, eiusque patruus erat.

De villa  
Haberteshuf in  
pago  
Hlisgo.

- (k) *Haberteshuf* villa a Sarachone abbate collocatur in pago *Hlisgo*. Ergo putamus, subesse vicum *Harjebusen* in praefectura *Westerhof* in principatu *Göttingensi*. Hoc ita posito, merito quaerimus, quis *Bucco* eiusque filius *Oddo* fuerint, et ad quamnam familiam pertinuerint. Credibile est, illos spectasse ad progenitores vel *Northeimensium* vel *Scartfeldensium* comitum, quanquam diffiteri nequeamus, posteriorem sententiam nobis videri probabiliorem. Cum enim *Bucco* diminutivum sit nominis *Burchardi*, verisimiliter *Bucco* noster nullus est alius, nisi comes *Burchardus*, cuius comitatus erat anno 965 in pago *Lisgo*, teste diplomate imperatoris *Otonis I.* Cumque nomina *Burchardi* in familia *Scartfeldensium* comitum crebro reperantur, haec coniectura nostra aliquo fundamento nititur. Conf. infra §. 437.

De villa  
Aldantorpe in  
pago  
Auga.

- (l) *Aldantorpe* villam fuisse in pago *Auga* atque in *Althemberga* marca, docet nos abbas noster *Saracho* in suo *Registro*. Haec *marca Althemberga* cum sit memoratu dignissima, continere nos non possumus, quin inquiramus in firum eiusdem quam studiosissime. Ad pagum *Auga*, in quo et erat *Corbeia* nostra, spectasse hunc marcum, id satis est clarum. E verbis enim *Sarachonis* id patet luculente. In quamnam autem regione, et quonam in tractu pagi *Auga*, quaeris, existit *marcus Althemberga*? Respondemus, duas fuisse in pago *Auga* villas, vno nomine *Aldantorpe* insignitas, quarum altera erit *Oledorp* prope oppidum *Holzminden*, altera autem nostra. Cum autem circa *Holzminden* urbem nullae reliquiae alicuius *marcae* supersint, statuimus, *marcam Althembergam* quaerendam esse in terminis *Paderbornensis* principatus haud procul a vico *Bökendorp* in eodem principatu. Villam *Bodunthorpe* seu *Bökendorp* ad pagum spectasse *Nitbega*, iam vidimus supra §. 324. Ab hac villa vix iter dimidiae horae abest vicus *Beller* seu *Bellurbeki*, quam ad pagum *Huuetigo* pertinuisse, iam quoque supra didicimus. Versus septentrionem vix iter dimidiae horae a vico *Bökendorp* reperitur vicus quidam, quem dicunt *Olenberge*; quem vicum *marca Althemberga* reliquias esse, putamus. Haec autem regio eximie quadrat *marcae* seu limiti alicuius provinciae. Terminus enim ibi erat pagorum *Nitbega*, *Huuetigo* atque *Auga*. Optimo ergo iure eadem regionis pars *marcus* seu *limes* appellata est. Villa *Aldantorpe*, quae olim in *marca Althemberga* existit, hodie desolata est. Fuit autem ipsa conspicua inter *Bökendorp*, *Apenborg*, atque *Olenberge*, quippe in qua regione adhuc inveniuntur molendinum dictum *die Olenendorper Mühle*, quae procul dubio nomen retinuit a villa nostra, olim in eadem regione reperta. Haec autem villa *Aldantorpe* eadem est, ac illa, quam supra deprehendimus §. 324 in litteris adductis ad annum 1351 et 1444, quamque vnam eandemque fuisse putamus cum villa *Oldendorp*, in qua anno 1078 *Wernerus Corbeiensis abbas* vnum mansum tradidit ecclesiae *S. Michaelis archangeli*, quae reperitur in monte sancto, vulgo *der Heiligen berch* dicto, cuius fundo saepius vestigia impressimus. En ergo ipsas litteras, ex autographo accurate descriptas:

**Q** Ego *Vuernerus* peccator abbas monasterii *btorum* martyrum *stephani* atque viti tam pro meorum criminum remissione quam pro congregationis et familie mihi credite felicitate petitione filii mei *humberti* monachi pia deuotione assensum *sbui* et basilicam in monte quodam et regione *nre ciuitatis* in laudem *di* et uenerationem *fci michaelis archan-*

tradiderunt duo fratres thiadricus pro coniuge sua mansum unum et ailbern gubernante Corbeiam Folcmaro I. pro hildago in niantborpe (m) XXIII iugera et duos iuuales.

§. 386.

changelii construxi quam uenerabilis ecclesie *paderburnensis* episcopi populo dedicauit et sub inuocatione diuine maiestatis auctoritate beati petri apostolorum principis res eidem basilice in usum predicti *humberti* presbyteri et monachi et *simonis* conuersi a seculo forte. cui ego pie conuersationis habitum tradidi. aliorumque pauperum ibi seruiturorum tradita. siue tradenda perpetua stabilitate confirmauit. Tradidi autem eidem ecclesie cum consensu et consilio congregationis et familie mihi credite de silua in qua sita est ad nonaginta iugera et uillulam *ualabusen* a quodam qui eam in uadimonio tenebat elemosynis fidelium redemptam et unum mansum in *aueredessun*. alterum in *oldendorp*. tertium in *wereiban*. Petente autem me et *aduocato meo otone duce* assentiente et traditionem meam confirmante predictus populus episcopus in conspectu totius cleri et populi qui audienda per eum ad uerbi diuini mysteria in dominica aduentus domini confluerat banno suo semel et iterum et tertio hec acta scripta confirmauit et in testimonium sue auctoritatis hanc copiam signi sui et scripti impressione signari mandauit.

Actum anno dominice incarnationis M.LXXVIII. indict. II.

Villam *Valabusen*, quae in hoc diplomate memoratur, supra in his traditionibus saepe deprehendimus. Dudum ea desolata est. *Aueredessun* uideretur esse *Everfen* vicus, olim ad castrum *Stoppelberg* spectans. *Wereiban* hodie dicitur *Werden*, iacetque ad *Wiseram* in diocesi Corbeiensi; olim uero relatum est ad pagum *Nithega*. *Otto* dux, qui aduocatus appellatur Corbeiensis, sine dubio erat *Otto* dux *Bauariae* et comes de *Northheim*. Sigilla, quod dolemus, sunt per ueritatem detrita; dedicationem autem illius basilicae episcopus *Paderbornensis* *Popo* peregrinatus non ut diocesanus, sed ut quilibet amicus vel vicinus. In Synodo enim *Moguntina*, quam et papa *Johannes XV* anno 989 confirmauit, id, quod anno 888 erat sancitum, seu potius auctoritatibus et decretis summorum pontificum subscribendo confirmatum, ut nullus episcopus *Padabrunnensis* uel in his, quae regimini locum tenent, uel in ipso cenobio Corbeiensi potestatem obtineat neque ipsorum dominatione potiatur uilla, neque in clericis neque in famulis, et in omnibus, quaecumque ad monasterium uidentur habere possessionis respectum, ordinationes uero, quae necessariae fuerint, ipsi monasterio agere non differat, altaris quoque et basilicarum benedictiones siue consecrationes, prout necessitas postulauerit, uel in ipso monasterio, uel in agris eorum libenter concedat, chrisma quoque oleumque consecratum per singulos annos praebere non differat, et pro his omnibus nullum munus exigat, ne spiritus sancti gratiam vendere conatus *Simonis*, quod absit, damnationem incurrat, sicut et apostolica et imperialia praecipua partim simul partim sigillatim eis confirmauerunt. Quod si autem situm uillae *Aldantorpe* nobis ante oculos ponimus, intellectu redditur facile, *Asconem*, qui eadem bona hereditaria possedit, ad stirpem *Brunonianam* spectasse, et filium *Luidolfi ducis* nominandum esse. Ipse *Luidolfus* dux in uilla *Bennenhusen*, quae a uilla *Aldantorpe* non procul absuit, bona tenuit hereditaria §. 224. *Luidolfus*, ducis *Luidolfi* filius, §. 324 in uico *Bokendorp* habuit bona priua. *Asic* nominatur frater *Luidolfi* §. 350. Sine dubio itaque *Asic* filius *Luidolfi* ducis fuit. De argumento hoc iam supra egimus pluribus, quae hic nolimus repetere.

- (m) *Niantborpe* uilla erat sita in pago *Hardego*, testante Registro *Sarachonis* abbatis. De uilla Pagus *Hardego*, uti et pagi *Derlingo*, *Northuringi*, *Belkisheim*, *Sueuon* atque *Halsthorpe*, referebantur ad diocesin *Halberstadensem*. Ergo uilla *Niantborpe* in aliqua dioceseos *Halberstaden* parte quaerenda est. Inuenimus in *Halberstaden* si episcopatu utique uillam *Niendorp* iuxta *Amerstede*, cuius anno 1187 meminit *Theodoricus Halberstaden* episcopus in diplomate sequenti, quod eam quoque ob causam in lucem protrudimus, quia ex eo annus ordinationis *Theodoric* erui potest. Accipe ergo illud e *MSCpto*:

Ecc e 3

In

Ab anno  
916 vsque  
922. re-  
gnante  
Chuon-  
rado et

**I**n nomine sc̄e et indiuidue trinitatis Theodoricus dei gr̄a Halberstadenſis ep̄us diuine pietatis inſtruitur exemplo caritate ſectari & ad eam uerbo & exemplo alioſ informare. Cum igitur multipliciter ad opera caritatis tendere ualeamus ſcipue tamen nobis uidetur idoneū nouelliſ ec̄cliaſ aliquo tubuenire adminiculo. intuitu ergo illi⁹ qui uera caritas eſt ad honorē dī matricis, ſue perpetue uirginis marię omniumq. ſc̄d̄um conſeſſim⁹ ec̄clie que eſt *Niendorp* decima agrorum qui iuxta eandē uilla de paſcuſ pecorum aſſumpti ſunt ad procreationē frugum ſimiliter ſi quid de cetero de p̄dic̄tis locis paſturalib⁹ redigatur ad agriculturam decimam eidem contulim⁹ ec̄clie ſtatuentes ut die dominica & quarta & ſexta feria & in feſtiuiſ dieb⁹ in eodem loco diuina celebrentur & ſiant uiſitationeſ infirmorum & ſepultura cum baptiſmate in uigilia paſche & pentecoſtes gratia baptiſmi & in ſummis feſtiuitatib⁹ gr̄a ſolempnioriſ officii ad matricem ec̄cliam *Amerſtede* redeant ut ex hoc matri ſilia debitam recognoſcat ſubiectionem. Huiuſ rei teſteſ ſunt Conraduſ p̄p̄t⁹ ſc̄e marię uirginis. Johannes & Bartholduſ canonici ei⁹ loci. *Geueharduſ* canonic⁹ ſc̄i Pauli. *Werneruſ* ſacerdoſ & capellan⁹. *Fridericuſ* ſacerdoſ de *Amerſleue*. Miniſterialeſ uero *Bartholduſ de Horetorp*. *Heinricuſ de Bikethorp*. & alii quam plureſ, fa-

ctum eſt hoc anno dñice incarnationiſ M. C. LXXX. VII. indiēt. V. p̄ſid. ſc̄e Romanę ec̄clie Urbano Papa hui⁹ nominis tertio regnante Friderico Romanorum imperatore anno ordinationiſ n̄re tertio. ne igitur quiſq. temeraria p̄ſumptione ec̄cliam p̄dic̄tam ſuper hiſ audeat infeſtare in uirtute ſpirituſ ſc̄i banno n̄ro corroborauim⁹ & hanc paginā teſtimonialem ſigilli n̄ri impreſſione ſignauim⁹.

Si *Amerſtede* eſſet Emmerſted haud procul ab oppido Helmſted, uilla *Niendorp* in eadem regione eſſet quærenda. Cum autem ciſ et trans Helmſtadium fuerint pagi Derlingo et Northuringi, uilla *Niendorp*, in allato diplomate obuia, eſſe non poſſet uilla noſtra *Nianthorpe*. Deinde ad eandem Halberſtadenſem diaceſin olim ſpectabant duę uillę, *Niendorp* nominatę, quarum altera adhuc ſuper eſt haud procul ab urbe Wolfenbutel, ac *Neindorp* appellatur; altera uero deſolata eſt, et quondam exſtitit non procul ab oppido Scheppenſted in loco adhuc appellato *dar Neindorfferfeld*. Hanc indicant litterę ſequentes. En eaſ.

Wy Berend van Goddes Gnaden Hertoghe to Brunſw. unde to Lunenborch bekennen openbare in deſſen breue vor uns unde unſe eruen dat wy Baſtliſſe van Weueringhe Baſtliuſ Sone unſen leuen getruwen hebben belent unde belenen in macht deſſes breues mit achte lodighen marck gheldes iarliker gulde to einem manlicken erue lene de de Rad unde Inwoner unſes wykbeldes to *Scheppenſtede* om unde zynen mannes eruen van ſynen lyue gheboren alle Jare uppe ſunte Michaelis unde uppe ſunte Martens daghen to den twen tyden gheuen unde betalen ſchullen dar vore alſe Baſtliuſ vorenant mit unſem willen unde vulborde dem vorenanten Wykbelde to *Scheppenſtede* dat Dorp *Neyndorpe* in ore nut unde were ghelaten heſt alſo dat Baſtliuſ unde zine eldern van unſer herſchop to lene ghehad hadden alſe de bref den wy dem rade unde wykbelde to *Scheppenſtede* uppe de verlatinge unde den kop des vorſcreuenen dorpes *neyndorpe* ghegeuen hebben eigentliken inneholt unde uthwyſet. unde wy unde uſe Eruen ſchullen unde willen Baſtliuſſe vorg. to manlicken erue lene van zynem liwe gheboren der vorſcreuen acht mark iarliker gulde by den van *Scheppenſtede* ore bekennighe here unde were wesen wur on behof is unde ze dat van unſ edder unſen eruen eſſchen eder eſſchen laten. Vortmer ſo hebbe wy umme bede willen *Baſtliuſ* vorg. *Agneſen* ſyne eliken huffrowen mit deſſen vorſcreuenen acht mark gheldes iarliker gulde by den erg. van *Scheppenſtede* beſiſtuchtiget unde beſiſtuchtighen ſe darmede in macht deſſes breues alſe lyſſgedinge recht is unde wy unde unſe eruen

eruen willen unde schullen or des ore here unde bekennighe were wesen wur unde wanne or de not is unde se dat van uns esschet edder esschen let unde se darto truwelken verdedingen alse wontlich unde recht is. Desler vorfcreuen stucke to openbarer bewyfsinge unde orkunt so hebbe wy hertoghe *Berend* vorenant *Basiliesse* unde *Agnesen* sine eliken huffrowen on beyden deslen bref gegheuen befehelt mit unsem anhangenden inghesegele vor uns unde unse eruen unde is gefcheen na goddes bort verteyn hundred iar darna in dem vestteynden Jare des andern fondoghes neift na Paschen.

gubernante  
Corbeiam  
Folcmaro I.

Sed cum eadem hæc villa *Niendorp* ad pagum referretur *Derlingo*, vti supra §. 42 vidimus, hæc esse non poterit villa nostra *Niantborpe*. Porro reperitur quidam vicus *Niendorp* haud procul ab oppido *Obsfeld* situs ad siluam latissimam *Thrimmining*, hodie dictam *der Dromling*; sed cum villa *Ocisfeld* seu *Obsfeld* ad pagum spectarit *Norththuringi*, vicus *Niendorp*, si iam ante seculum XI existisset, ad alium pagum, non ad *Norththuringi* pagum, pertinuisset. Porro meminimus, olim quoque existisse villam quandam *Niendorf*, quæ ad eandem diæcesin *Halberstadensem* fuit relata. Ita enim verba habent in *Chronico Halberstadenfi* Tom II. S. R. B. Leibnitii p. 121, quæ, cum non parum faciant ad Geographiam antiquam Saxonie nostræ cognoscendam, cum notulis nostris adducemus: *Venerabilis Arnolpbus episcopus (Halberstadenfis) ab eodem Papa Benedicto (anno 1014) confirmationem et priuilegium impetrauit super terminis episcopatus Halberstadenfis; et hos pagos Hardengau, Derlingau, Nortiringen, Belckischem, Sueniam et Hasengowe, excepta tamen determinatione inter viam, quam dicunt Friderichweg, ac fluuios Albiam, Bodam et Oram, et quantum per interuentum Henrici imperatoris Merseburgensi ecclesie preconcessit, auctoritate priuilegii apostolici obtinuit confirmari. Vt autem termini Halberstadenfis diæcesis deinceps maneant inconuulsi, idem episcopus expressus eos circumscribi fecit et vocari in hunc modum: Versus Verden (an episcopatus Verdenfis, vel Werben in veteri Marchia?) contra Aquilonem, vbi Prifaine (probabiliter fluuius Bise in veteri Marchia, qui miscetur flumini Aland, quod insluit Albiam. In eadem sane regione diæcesis Verdenfis termini fuere, vbi etiam terminos quærun pagorum Bardengo et Belckenheim) fluuius insluit Albiam, abhinc vbi Ora (Ohra, flumen olim, ad Wolmerstadium se miscens Albiæ) fluuius insluit Albia, quo in loco conueniunt episcopatus, Halberstadenfis et Magdeburgensis: abhinc ascendit contra fluuium Oram vsque Niendorf (quæ villa hodie desolata, olim autem duo milliaria ab oppido Wolmersted ad fluuium Ohram exstitit, vbi fluuius Biuera miscetur Ohræ, vix disiuncta ab oppido Neuhaldensleben iter dimidiæ horæ) et abhinc ascendit per semitam, quæ transt indaginem intra Haldesleben et Medebeke (villa desolata inter Neuhaldensleben et Hundisburg) vsque in Biueran fluuium (hodie dictum die Beuer, qui ad vicum Bregensted oritur, et dehinc alluit Emden, Aluensleben, Hundisburg et monasterium Altenhaldensleben, tandem vero ab Ohra excipitur ad locum desolatum Niendorf, hodie dictum Winholt) per ascensum Biueræ, vsque quo ei insluit Alpha fluuius, et per ascensum Alpha (rius dictus die Olve, qui a vico Drackensted descendit, atque Eickenbardeleben, Mammendorp, Schakensleben ac Rotmersleben alluit et ad Hundisburg miscetur Biueræ,) vsque ad ortum ipsius, abhinc vsque ad viam, quæ dicitur Friderichweg (forte ita appellata a Frithero, quem satorem fuisse statuimus comitum de Walbeck, de Supplinburg, de Sommerschenburg et de Anhalt) et abhinc vsque ad Wansleben in Scerram fluuium (hodie dictum die Sorre, qui ex agris Dreylebiensibus Wanslebium perfluit, et se ad vicum Germersleben in Bodam exonerat) abhinc per descensum Scerræ vsque Bleckendorp (vicum hodie in præfectura Egeln) super Bodam (die Bode) et per descensum Bode vsque in Salam (est fluuius in Thuringia) et per ascensum Sale vsque in riuum, qui transt Bogendorp (probabiliter est Bendorf in ducatu Merseburgensi) qui riuus separat diæcesin Halberstadensem et Merseburgensem: qui inde per viam, qua itur per Cricstide (Krichst in ducatu Merseburgensi) vsque Bunoue (fortassis Bodern in eodem ducatu) abhinc vsque ad transtium Sale in Curewate, et sic per ascensum Sala, vsque quo insluit Vnstrud fluuius Sala et per ascensum Vnstrud (Vnstrut fluuius in Thuringia alluens Mulhufum, Langensaltzram et Sachsenburgum et se exonerans in Salam) vsque quo consuunt Vnstrud et Helmena (fluuius Helme etiam in Thuringia in campo auro, dicto die guldene Aue)*



Ab anno  
916 vsque  
922 re-  
gnante  
Chuon-  
rado et

*Aue*) et per ascensum *Helmenæ* vsque ad fossatam *Walgbusen* (Walhausen oppidum vnum milliare situm ab oppido Sangerhausen, ad iura hodie spectans nobilium dominorum de Assenburg, olim palatium regium) et per ascensum fossatorum vsque ad separationem *Saxoniae* et *Thuringia* versus montana, quæ dicitur *Hart* (der *Hartz*) et abhinc vsque ad ortum *Wipperæ* fluminis (Wipperra oritur in montibus *Hartzicis* inter *Stolbergam* et *Hartzgerodam* e duobus fontibus: vnus appellatur *Wipperra* vetus, *die alte Wipper*, alter autem *Wipperra* arcta, *die schmale Wipper*, quæ ebibitur a *Sala* fluuio; probe autem distinguendi a flumine *Wipperra*, quod ab *Eichsfeldia* per dominium *Lohra* transit ad *Sondershusam* oppidum, et haud procul a *Sachsenburgo* influit *Vnstrotum* fluuium) ab ortu huius ad fontem, quæ *Roringeborne* dicitur: abhinc vsque ad ritum *Krodenbeck* (an hic ritus nomen accepit a *Crodone* *Hartzburgico* et famoso illo *Saxonum* deastro?) abhinc vsque ad arbores, quæ dicuntur *Seven Eiken*: abhinc vsque ad semitam, quæ dicitur *Heidenweg*, et per eandem semitam vsque ad fluuium *Calvera*, et per descensum *Calvera* vsque in fluuium *Ouecara* (die *Ocker*) et per descensum eius vsque ad pontem *Ellarshheim*; a ponte vsque ad montem *Wallenberg*: abhinc vsque per viam, quæ descendit per villam *Boele* (villam desolatam olim haud procul ab oppido *Gifhorn* obuiam, de qua vide supra §. 24, vbi ad pagum *Derlingo* refertur) a *Boele* vsque in fluuium *Aleram* (die *Aller*) et per ascensum eius, vsque quo ei influit fluuius *Ysue* (hodie dictus *die Iese*, qui oritur in lacu dicto *der Stockmer-See*) per ascensum eius vsque *Stoken* (*Stockem* in ducatu *Luneburgico*, vbi dictus reperitur lacus) abhinc vsque ad lapidem, qui dicitur *Binckenstein* (hodie dictus *der Pickelstein*, a quo regio nominatur *die Pickelsteiner Heide*) et abhinc vsque ad terminos *Witingæ* (in *Luneburgica* præfectura hodie dicta *Wittingen*) villa, et abhinc vsque ad villam iuxta *Orsdorp* (*Ohrdorf* vicus, vbi fluuius *Ohra* oritur) a villa vsque in viam, quæ dicitur *Heckeriker-Weg*, et per viam vsque ad ortum fluminis *Rodowe*, et per descensum eius vsque in fluuium *Iesne* (hodie dictum *Ietze* in veteri *Marchia*) et per descensum eius in fluuium *Prisatine* (die *Bife*) et per descensum eius, vsque quo ipse influit *Albia*.

Ex hac autem descriptione patet, villam desolatam *Niendorf* ad alium pagum, ac ad pagum *Norththuringi*, spectare non potuisse. Cum enim *Hahaldesleue*, *Pelnize*, *Vnesburg*, *Waharesdahl* et *Wantzleua* villa ad pagum relatæ sint *Norththuringi*, vt supra §. 20. not. (F) vidimus, procul dubio etiam villa *Niendorf* ad pagum eundem pertinuit. Superest deinde villa *Neindorp* ad fluuium *Salicam*, hodie dictum *die Seleke*, qui ibidem *Boda* miscetur. Hanc villam censemus notatu dignissimam. Ad illam enim anno 1057 *Bruno*, *Corbeienfis* aduocatus, ab *Otone*, fratre *Wilhelmi*, *Marchionis* septentrionalis, interemptus est. Veteres *Corbeienfes* nostri id annotarunt in *Chronico* suo *MSCpto* iam sæpe excitato: Cum enim *Bruno* aduocatus eiusque frater *Ekkbertus* euocati ad colloquium regis proficiscerentur magna militum copia stipati ad *Merseburg*, casu incidunt in copias *Otonis* fratris *Willelmi* marchionis ad *Nientborp* secus *Salicam* flumen. Cum itaque longo iam tempore inter eos truculenta discordia exorta esset, magnis clamoribus hostem vocant, et tela intorquent in inimicos. Pari igitur audacia hi equis calcaria subdunt, et odiis paribus in muria vulnera ruunt, mediosque in hostes irrumpunt. Dum igitur prælia tentant et pugnas ineunt, omnibusque idem animus erat sorti pugna decernere, *Bruno* et *Otto* ferro concurrunt, atque inuicem in sese tam violentos dabant impetus, vt primo in concursu vterque alterum per viscera transfoderet, atque anima spiramina lethali abrumperet ferro. His autem duobus e vita exeuntibus, iterum atque iterum innotat fragor ingens, enses clypei que sonant, et aspera pugna surgit, exitus vero eius aliquando dubius manebat, vsque dum *Ekkbertus* hostes pedentim ex dolore perditos ducit languidius pugnantes in fugam conuertit. Ita autem *Germania* nostra magno timore soluta erat, rebellionis antesignano trucidato. *Otto* enim, fratris sui *Willelmi* obitu comperto, e *Bohemia*, vbi a teneris vnguiculis exul latuerat, regressus erat in *Saxoniam*, auda spe obtinenda hereditatis fraternelæ, cumque ab omnibus maximo susciperetur gaudio, multi eum hortando excitauerant, non solum *Marchiam*, quæ ad eum hereditario iure spectaret, sed etiam totum imperium occupare. Acer scilicet erat in armis, belloque serox ad vimque paratus, et hoc duce se omnia posse sperare putabant cuncti, res nouas studentes, quibus itaque aliquid obtinendi spem omnem præcidit aduocatus noster *Bruno* morte sua et morte *Otonis*, vt l. c. *Corbeienfes* nostri loquuntur, addentes, se more solito ei cantauisse requiem. Vt autem denique nihil omitamus, quod facere possit ad verum situm villæ no-

stræ

## §. 386.

Tradidit badagad pro bermer unam familiam in *tieddikesbus*. (n)

et gubernante  
Corbeiam  
Folcmaro I.

## §. 387.

Tradidit tiadmaruf pro herdag XXX iugera I iurnalem et II mancipia in *silobiki* (o).

## §. 388.

stræ *Nianthorpe* indagandum, adducere quoque debemus, in principatu Halberstadenfi inter *Wegeleben* et *Destorf*, iter dimidiæ horæ ab oppido Groninga, quondam extitisse villam quandam, *Niendorf* appellatam. Demonstramus id ex *Deductione* MSCpta *possessorum agrorum in campis desolati vici Niendorf cis Butam* (die Bode) inter *Wegeleben* et *Diestorf*, sumta ex *continuatis registris cellariae collegiatae ecclesie bte Marie virginis Halberstad. ab anno 1438 usque ad annum 1651*, e quibus patet, possedisse illam in eadem villa desolata septem mansos, item mansum parochianum et agrum dictum *der Vberacker* anno 1482 *Hansum* seu *lobanem de Dorstad*, anno 1494 *Valentinum de Dorstad* in *Emerslebe*, anno 1506 eius liberos, anno 1522 *Heinricum de Dorstad*, anno 1547 *Magdalenam de Dorstad*, *Heinrici de Dorstad filiam*, anno 1580 *Ernestum de Honroth*, maritum *Magdalene prædictæ*, anno 1592 *Adolphum de Honroth*, anno 1611 viduam *Adolphi de Honroth*, anno 1614 *Christophorum de Honroth*, anno 1625 heredes *Christophori de Honroth*, et anno 1638 *Georgium Fridericum de Honroth*. Longo iam tempore illi, de *Dorstad* dicti, in loco antea dicto agros possederant. Ad manus enim sunt XI diplomata, in quibus de pascuis, agris, decimis et colonis *Niendorpiensibus* agitur, de quibus in *Historia monasterii Groningensis* exponemus pluribus. Illud annotasse hoc loco incongruum non videtur, olim ad iura comitum de *Anhalt* spectasse villam nostram, qui etiam in villa *Wegeleben*, quæ vnum milliare distat ab vrbe *Halberstad*, atque vnum milliare a monasterio nostro *Groninga*, bona possedere hereditaria. Id ipsum nobis ansam præbuit statuendi, *Thiadricum* atque *Ailbernum* seu *Adelbertum*, qui in villa *Nianthorpe*, quæ diuersa non videtur a villa *Niendorf*, cuius *Halberstadenfis* episcopus *Theodoricus* meminit in diplomate supra adducto, bona quædam largiti sunt ecclesie *Corbeienfi*, ad progenitores *Anhaltinorum principum* pertinuisse. Statuimus illud supra §. 188, et nostram sententiam optimo niti talo, speramus.

(n) Villam *Thieddikesbur* abbas noster *Saracho* in suo *Registro* non habet. Nescimus ergo, De villa quem vicum intelligere debeamus. Posset illa subesse villæ *Denckiehufen*, cuius ecclesia spectat ad ecclesiam in *Deersen* in ducatu *Brunsvicensi*. Sed nihil definimus. Tieddikesbus.

(o) Cum villa *Silobiki* ab abbate nostro *Sarachone* referatur ad pagum *Auga*, probe hanc villam discernere debemus 1) a *Silbiki* villa, quæ anno 1011 erat in comitatu *Haholti*, 2) a *Selbeck* in comitatu *Waldecensi* in præfectura *Waldeck*, 3) a *Soltbeke* in comitatu *Sternberg*, 4) a *Sulbecke* in comitatu *Schaumburgico*, 5) a *Silbeck* in ducatu *Westfalia*, 6) a *Sulbichi*, quæ erat anno 835 in pago *Logne*, 7) a *Sebeck* in dynastia *Buren*, 8) a *Silbeck* seu *Zilpke* in ducatu *Magdeburgico* intra præfecturam *Obsfeld*, 9) a *Solpke* in veteri *Marchia*, 10) et 11) a *Groten* et *Lutken Sulbeck* in ducatu *Magdeburgico*, quarum villarum *Lutken Sulbeck* desolata est. Quum autem in eadem regione, in qua pagus *Auga* erat situs, duæ villæ fuerint, ambæ *Sulbecke* nominatæ, quarum altera reperiebatur haud procul a *Furstenberg*, atque altera inter *Holzmindam* et vicum *Luchteringen* in ducatu *Brunsvicensi*, vti iam supra §. 257. vidimus, hæc, non illa, villa videretur nostra *Silobiki* fuisse. Ex hoc situ villæ *Silobiki* patere arbitramur, *Herdagum* nullum fuisse alium, atque *Herdagum* filium *Bardonis I*, nepotis *Widekindi M*. de quo egimus supra §. 104, 343, et 849, quique filiam ducis *Luidolfi Merefuitam* in matrimonio habuit, et qui in *Fersthan* et *Byueren* i. e. *Forst* ac *Beueren* in Principatu *Wolferbuttelano* bona quædam tradidit, vt probabilissime auguror, acquisita per vxorem suam, filiam *Luidolfi* ducis. Quia autem hoc tempore *Tiadmarus*, quem *Chronicon* nostrum *MSCptum*, et ex eo *Widekindus* noster *Annal. Lib. I. p. 636*. summis extulit laudibus, adhuc in viuis erat, quippe qui demum anno

Fff f

anno

Ab anno  
922 usque  
942 re-  
gnante  
Henrico I

§. 388.

Tradidit hirimannus pro fratre suo adalrico I mansum et V iurnalem in *amalgatesbus* (p).

§. 389.

Tradidit raginuardus quinquaginta quatuor mancipia in *halchrißun* (q) pro filio suo herimanno.

§. 390.


anno 932 est mortuus. Hæc traditio ante annum 929 peracta est, ut infra patebit. Quocirca nihil impedit nos, quo minus *Tiatmarum* pro illo *Tiatmaro* habeamus, de quo egimus supra §. 314, 339, 318, et 345. Cum autem ex nostra sententia *Tiatmari* nostri proavus fuerit *Haddo*, filius *Brunonis ducis* ac frater *Eberti ducis*, eadem sententia, si nitamur bonis a *Tiatmaro* nostro traditis, probabilior redditur. Quidquid *Haddo* tradiderat, id erat situm in villa *Stalo* intra pagum *Auga*, testante §. 21. Hæc villa *Stalo* ne quidem iter dimidiæ horæ, a villa *Silobiki*, in qua *Tiatmarus* quadam sita fuit largitus, disiuncta erat. Ambæ autem ville vix iter duarum horarum a celebratissimo castro *Brunisburgo* distabant. Credamus ergo, *Tiatmarum* fuisse et abnepotem *Brunonis ducis* et cognatum *Herdagi*, pronepotis *Widekindi Magni*.

De villa  
Amalga-  
reshus  
in pago  
Tilithi,

(p) *Amalgatesbus* erat, Registro nostro testante, in pago *Tilithi*, quem ad *Wiferam* in præfecturis *Polle*, *Gronde*, *Ohfen* atque *Artzen* existisse, iam supra vidimus. Putamus ergo, designari per *Amalgatesbus* vicum *Amelgosen*, in præfectura *Artzen* inter vicos *Hæmelschenburg* ac *Wellen* situm. Sed quis ille, quæris, *Herimannus* fuit? Respondemus, id nobis plane prorsus haud constare. Nomina interim *Herimannorum* in stirpe *Widikindea* crebro satis repetuntur. In pago *Hueterigo*, qui pago *Tilithi* erat contiguus, familiam *Widikindeam* bona possedisse hereditaria, omnino supra demonstraui. Non ergo veri sit simile, *Hirimannum* cum fratre *Adalrico*, sic enim dux *Ostfalorum Hessi* seu *Afig* appellabatur, ad gentem spectasse *Widikindeam*. *Hirimannum* nostrum fuisse filium *Bardonis II*, probabile nobis videtur. Si quis autem nostræ sententiæ refragari maluerit, ei non inuidemus dissentienti libertatem. Coniecturas enim nostras tantum afferre volumus in medium, quibus non ubique inest summus probabilitatis gradus.


De villa  
Halchriß-  
fun in  
pago  
Hessi Sa-  
xonico.

(q) Villa *Halchrißun* collocatur ab abbate nostro *Sarachone* in pagum *Hessi Saxonico*. An ipsa fuerit *Haldveschen* vicus, qui circa annum 1339, funditus fuit deletus, testante *Chronico Rhythmico Hassiaco* in *Cl. Kuchenbeckeri Anal. Hass. collect.* VI. p. 273, nondum pro certo adfirmare libet. Illud interim nobis videtur probabile, *Raginwardum* fuisse illum *Reinwertum*, qui supra §. 344 appellatur filius *Widekindi*, et quem l. c. patrum reginæ *Mabildæ* appellauimus. De his confer, si placet, §. 229. 275. et §. 339. Inde hoc genealogicum schema emergit et enascitur.



Con-

Connexionem horum dominorum genealogicam vsque ad *Herimannum* opti- et guber-  
 mo niti fundamento, facile dabunt rerum periti. *Herimannum* autem fuisse pa-  
 trem *Ranwardi* eiusque fratrum, nondum demonstrare licet testimoniis scripto-  
 rum coetaneorum. Conclufimus vero illud e nominum similitudine, ac fitu bo-  
 norum, ab his dominis possessorum. Nonne vero probabile videtur, *Heriman-*  
*num* filio cuidam suo indidisse nomen ab auo eius peti-<sup>Corbe-</sup>  
 tum? Chronologia sane huic sententiae nostrae non repugnat. Sumamus vero, vti iam supra §. 225 sta-  
 tuimus, *Widekindum*, filium *Ragenberti*, natum fuisse anno 854, atque anno XXX  
 aetatis suae vxorem duxisse. Ita *Raginwardus* vitalem auram primam haurire po-  
 tuit anno 885. Quodsi porro *Raginwardus* atque *Herimannus* connubio sibi iun-  
 xerunt thalami socias anno XXX aetatis suae, vitam excipere potuerunt *Herimannus*  
 et *Ranwardus* anno 916. tunc anno 947, *Volkier* anno 948, atque *Ekkio* anno 949.  
 potuere nasci. *Ranwardus* itaque circa annum 1013 adhuc in viuis esse atque aliquid  
 dare potuit. Quodsi adhuc certum esset, per villam *Bilfsi* in *Vita Meinweri* T. I.  
 Leibn. p. 533. n. 37. designari vicum *Bilstein* in principatu Waldeccensi intra  
 praefecturam Landau; tunc, ea data conditione, *Walbertum*, qui in eadem villa  
 quaedam tradidit ecclesiae Paderbornensi, ad hoc ipsum stemma referre vellemus  
 et perhibere, eundem fuisse *Herimanni*, vel potius fratris *Herimanni* filium. Pro-  
 babile enim nobis videtur, patrem *Walberti* huic filio suo nomen indidisse, a  
 progenitoribus suis petitum. Sed hoc in medio relinquimus. Illud vero pro-  
 babile reddi, speramus, quod praedictus *Widekindus*, qui, teste §. 344, in villa Bu-  
 riun, a qua dynastia Burana postea nomen accepit, ecclesiae Corbeiensi aliquid tradi-  
 dit, latorem fuisse celebratissimorum dynastiarum de Buren appellari solitorum,  
 quorum e diplomatis, partim editis, partim ineditis, annotauimus nomina, quae  
 tabulae inclusimus sequenti, reseruatis probationibus in aliud tempus. Iam nihil  
 aliud addimus, nisi quod contendimus, vltimum huius familiae fuisse *Mauritium*,  
 non Arnoldum. Hoc posterius H. A. Meinders perhibet in tractatu de statu re-  
 ligionis et reip. sub *Carolo M.* p. 482, docens, Arnoldum fuisse addictum Societati Iesu,  
 totamque dynastiam Buranam cum toto territorio, villis atque oppido anno 1660  
 collegio Societatis Iesu, quod Paderbornae floret splendetque, tradidisse, iuris-  
 dictione sola Principi Paderbornensi reseruata. En tabulam genealogicam.



Fff f 2

Ab anno  
922 vsque  
942 re-  
gnante  
Henrico  
I.

§. 390.

Tradidit haddi pro filio suo hadda LXX iugera in *biarunhus* (r) et I iurnalem.

§. 391.

Tradidit siboda pro fratre suo brunhardo et pro uxore sua aldan in *bredanbiki* (f) quidquid ad illum locum pertinet et VII familiaf.

§. 392.

De villa  
Biarun-  
hus in  
pago  
Tilithi.

- (r) *Biarunhus* villam in pago fuisse *Tilithi*, refert abbas noster Saracho. Significari putamus vicum *Berenfen*, nunc subiectum Principatui Wolferbutrelano ac innexum inspectioni Hallensi. Spectat ecclesia Berenfenfis ad ecclesiam, in Bessingen obuam. *Haddonem*, qui in hac villa quadam tradidit, ad progenitores comitum de Northeim et nobilium dominorum de Homburg referre libet, quia supra (§. 326.) *Sifridus*, qui procul dubio fator nobilium dominorum de Homburg fuit, uti §. 104. not. (1) demonstrauius sita, in ante dicto vico Bessingen quadam donauit. Ipse anno 922. adhuc in viuis fuit, uti nos docet §. 398. Huius itaque *Sifridi* frater videtur fuisse *Haddi* noster. Huius porro nepos fuisse videtur *Hoda*, filius *Godrunæ* nobilis feminae, quæ anno 1017. prædium *Gelanthorp*, in eodem pago *Tilithi* situm, contulit ecclesie Paderbornensi, teste *Vita Meinweri* f. 537. Cum autem *Haddi*, *Hadda*, *Hoda*, *Hiddi* et *Hiddico*, vnum idemque nomen sit, ratio exinde perspicui poterit, cur *Otto* dux Bavarie et Comes Norheimii, primum genito suo nomen *Hiddiconis* indiderit. Hic ecclesie Corbeiensis aduocatum, quæ hereditaria erat, ac diplomatis nostris testantibus erat geniti primum, tenuit æque ac pater eius *Otto*, dux et comes.

De villa  
Bredan-  
biki in  
pago  
Lainga.

- (f) Villa *Bredanbiki* tribuitur ab abbate Sarachone pago *Lainga*. Hunc in aliqua Principatus Luneburgici parte existisse, supra vidimus. Probe ergo discernendam esse censemus villam nostram a *Bredenbike*, intra pagum *Logne* sita, atque a *Bredanbeke*, intra pagum *Tilithi* obuia, de quibus egimus supra §. 33. et 326. Villam *Bredanbiki*, in pago *Lainga* sitam, putamus esse vicum *Breitbeck*, locum Principatus Luneburgici in præfectura seu *Amtsvogtei* *Bergen*. E situ huius villæ collegimus, *Sibodam* eiusque fratrem *Brunbardum* spectasse ad illusterrimam familiam *Billinganam*, e qua *Hermannus Billingus* ab *Ottone* caesare est dux Saxonie creatus. Arbitramur itaque, *Brunbardum* eundem fuisse, de quo iam supra egimus §. 303, 313, 314, 323, 325, 339. et 381. Vnde apparet, eundem fuisse fratrem *Billingi*, ac filium *Amelungi*. Monasticam eum egisse vitam in Corbeia nostra, patescit et perspicitur tam e catalogo MSCpto fratrum Corbeiensium, quam e chronico nostro Corbeiensis MSCpto. Ex illo discimus, *Brunbardum* tempore gubernantis suos abbas Corbeiensis *Godescalci* circa annum 893. monasterium Corbeiensis iniisse; Ex hoc autem apparet, eundem esse anno 922. rebus humanis exemptum. Ita enim l. c. eius fratres memorie prodiderunt: *Anno DCCCCXXII. XIII. kal. iulii obiit brunhardus commonachus noster, longiori vita dignus, corpus eius sepultum in basilica nostra, rogatu eius fratrum siboda et billingi cantauimus ei requiem solemnissime.* Ex his verbis patet primum, *Brunbardum* Corbeiensis monachum habuisse duos fratres, *Billingum* et *Sibodam*, eosque adhuc anno 922. in viuis fuisse. Deinde discimus exinde, *Brunbardum* anno 922. esse mortuum, et ipsum fuisse e familia quadam illusterrima procreatum. Si enim ex ea natus non fuisset, solemnissime Corbeiensis nostri pro eo missam non cantassent. Adde, quod *Siboda* bona, ad *Bredanbikum* sita, tradidit Corbeie anno 922. Eo autem iam tempore facies Germanie nostre plane immutata erat. Rex enim *Chuonradus*, eodem Chronico nostro teste, anno 918 e vita exierat: atque anno 919 *Henricum, filium Oddonis, in loco Fridislarum in regem elegerat exercitus Francorum Baiuoriorum Alemannorum Turingorum et Saxonum.* Quod circa initium anni 919 peractum fuisse, ex eo probabile est, quia eodem anno *Ungarii* rursus venerunt et totam Saxoniam percurrentes oppida et villas dedere flammis, cumque tristi spoliare rapina. Ab hac strage Corbeiensis nostri non erant immunes. Quæcumque enim *Folcmarus* abbas vix inlaurauerat, ea vastabantur

## §. 392.

Tradidit uualbertus pro hildisuith I familiam in *burium* (t).et guber-  
nante  
Corbe-  
iam  
Folcma-  
ro I.

§. 393.


bantur iterum ab Ungariis, qui omnia deteriora faciebant quam antea, nullo tamen e Corbeiensibus nostris interfecto. Unde in aprico est positum, eos, ut antea, latebras suas antiquas repetiuisse in saltu Sollingano. Regem *Heinricum* contempore latitasse in castro Werla, *Widekindus Corb. Annal. Lib. I. p. 636. seq. e Chronico nostro* retulit, qui vero annum, quo hoc usu venit, non indicauit. Quem defectum supplet *Chronicon nostrum*, e quo luce meridiana clarius patet, omnes recentiores hic miscuisse quadrata rotundis. Hoc loco obseruasse incongruens non erit, *Nic. Schatenium in Annal. Paderborn P. I. p. 259. glaucoma obiecit* eruditus, perhibentem, se ex abbatum Corbeiensium fastis reperisse, quod Ungarorum in Saxoniam irruptio prima memorata sit in illis ad annum 906, altera anno 915, et tertia anno 924. Schatenius, quod sacramento audemus contendere, *Chronicon nostrum* nunquam suis oculis usurpauit. Ipse, quæ habet, retulit ex narratione *Ouerhami*, qui vero furtim, sæpius perperam, cuncta descripsit. Id ex hoc ipso anno palam fiet. In codice enim annus scribitur DCCCCXVIII, quem *Ouerhamus* pro DCCCCXXIII. reputauit. Hic vero sua præcipiti seripione multos alios, atque etiam ipsum *Gundlingium*, atque hic porro dñm consiliarium aulicum *Ant. Vlr. Erathum* in errorem seduxit, quippe qui in *Conspectu Historie Brunsvico-Luneburgicæ* p. 7. hanc Vngariorum irruptionem ad annum 925. retulit. Ex his autem momentis videre poteris causam, cur consignationem annorum, ad marginem appositam, mutauerimus.

- (t) *Burium* villam in pago fuisse *Enterigawi*, docet nos abbas noster *Saracho* in Re- De villa  
gistro. Pagus *Enterigawi* olim in comitatu *Hoiano* existit iuxta flumen, nunc *Burium*  
dictum die *Wermenau*, usque ad *Mindam* patens. Dilucet id ex diplomate *Burium*  
cesaris *Conradi II.* ad annum 1029, quod reperitur in *I. C. Lunigs Reichs-Enteri-  
Archiv Spicil. Eccles. P. II. im Anhang f. 106.* Eo imperator *Sigeberto, ecclesie gawi.*  
*Mindensis* episcopo, ob interuentum et petitionem *Gisele imperatricis, Heinrici regis*  
*et Brunonis Augustensis, episcopi, siluam quandam sitam in proprietate prædiorum*  
*ecclesie mindensis in pago Enterigawi in comitatu Bernarti et fratris sui Ditmari*  
*ceterorumque ciuium in eadem silua usque modo communionem venandi habentium,*  
*in siluis campis et paludibus inter flumina Osterbeck et Alerbeke vique in medium*  
*flumen Wermoneum et inde usque ad Nortsublere campum, ad curtem pertinenti Su-*  
*legon nominatam forestari concessit et banni sui districtu circumuallauit, ea videli-*  
*cet ratione, ut nemo ulterius in eodem foresto sine episcopi successorumque suorum*  
*licentia potestatem habeat venandi, sagittandi, retia et laqueos ponendi, aut villo ingenio*  
*feras decipiendi, quæ merito sub iure banni continentur.* Ex quo euidentissime  
patet, pagum *Enterigawi*, seu, ut ab abbate *Sarachone* nominatur, *Enterigawi* in  
aliqua dioceseos *Mindensis* parte fuisse collocatum. Cum itaque *Osterbeck* sit  
fluuius *Offenbeck* in comitatu *Hoiano*, in quo et flumen *Allerbeck* et *Wermenau*  
iuxta præfecturam *Liebenau*, itemque *Sulingen* oppidum in præfectura *Ehren-*  
*burg* reperiuntur, neminem fore speramus, qui dubitet pagum *Enterigawi* in  
comitatu *Hoiano* existisse, in quo pago supra deprehendimus §. 61. villam *Hoaga*,  
id est, *Hoja*, et §. 246. *Holtbusen* villam, quæ est vel *Holthufen* in præfectura *Hoja*,  
vel *Holthufen* in præfectura *Stoltzenau* intra eundem comitatum *Hoianum*.  
*Burium* villa ergo procul dubio est vicus *Bubren* in præfectura *Nienburg*. Id  
porro notatu dignissimum esse censemus, illum, qui in villa *Burium* quædam  
tradidit, appellari *Walbertum*, quod nomen, cum in familia *Widikindea* sit usi-  
tatissimum, ut supra vidimus, nobis persuadet, *Walbertum* ex eadem stirpe e  
qua *Widekindus Magnus* procreatus fuit, esse ortum. Quodsi igitur sententiam  
assumimus, *Wicmodam* (§. 61.) fuisse sororem *Hunoldi* et *Helmoldi*, ac *Walini* (§.  
246.) filium fuisse vel *Hunoldi I.* vel *Helmoldi*, *Walbertum* autem filium *Hunoldi II.*  
ac patrum *Gherberti*, qui pro filio suo *Renoldo* in *Anhemathium* villa in pago  
*Enterigawi* bona quædam tradidit, teste §. 454, quod situs locorum nobis per-  
suadet, tunc ille dictus *Wulfariur*, a quo supra (§. 241.) comites de *Oldenburg* de-  
duxit.


Ab anno  
922 vsque  
942 re-  
gnante  
Heinri-  
co I.

duximus, videtur fuisse fator comitum, cognominatorum de *Hoya*. Connexionem eorum fistimus genealogicam tabulis sequentibus.

TAB. I.



TAB. II.



TAB. III.

## §. 393.

Tradidit thiadricus pro se et filio suo thiadrico in *balgeri* (u) et quidquid ad illum locum pertinet et XII mancipia.

et gubernante Corbeiam Folcmaro I.

## §. 394.

Tradidit ranuardus in *rumeringtorpe* (v) II mansos et II familias pro se et fratre suo ati et quidquid ad illum locum pertinet.

## §. 395.

## TAB. III.

Gerbertus III. filius Egberti  
atque Adelheitis 1058.

Gerhardus I.	Gerbertus IV. 1088.	Adolfus 1071, 1088.			
Gero.					
Witichindus 1180. vxor eius N. comitissa de Oldenburg.	Otto 1200.	Gerhardus II. vxor eius N. comitissa de Welpe.			
Henricus I. comes de Strumpenhufen 1203, 1213, vxor eius N. filia Bernhardi comitis de Welpe.		Henricus II. comes de Hoja patruus Widekindi de Hoja episcopi Mindensis.			
Gerhardus III. episcopus Verdenensis † 1270.	Widekindus episcopus Mindensis 1253, 1254, 1259, 1260.	Henricus III. comes de Hoja 1228, 1237, 1238.	Otto episcopus Mindensis 1265.	Burchardus, canonicus Bremensis 1243.	Richlid seu Rikere vx. Widekindi de Berge.
Johannes 1256, 1274, 1287.	Gerhardus IV, Canonicus Bremensis 1278, post comes 1308.	Ermgard.	Henricus IV, Canonicus Mindensis.	Otto comes. vxor eius Ermgard de Berge 1295, 1329.	
N. filia.	Elisabeth vxor Henrici comitis de Regenstein.	Gerhardus V comes de Hoja fater comitum de Hoja in inferiori comitatu 1344, 1357, 1357, 1359.	Helena vxor Nicolai com. de Tekeneborg 1338.	Johannes comes de Hoja, fater comitum de Hoja in superiori comitatu 1344, 1357, 1357, 1359.	

(u) Villa *Balgeri*, quæ, teste Sarachone, sita erat in pago *Suilbergi*, desolata est, quondam De villa vero obuia in saltu Sollingano, haud procul a loco Nienhufe dicto, iter circiter vnus Balgeri hora distante a Corbeia nostra, vbi domus quædam venatoriæ hodie apparent. Ex in pago huius villæ situ iam supra §. 104. not. (n) conclusimus, *Thiadricum* ad progenitores Suilbergi. comitum de Euerstein referendum esse. Locus enim is haud procul absfuit a castro Furstenberg ad Wiseram, quod olim ad Euersteinenses comites spectauit.

(v) Villam *Rumeringtorpe* Saracho abbas tribuit pago *Northburingi*. Quinam vero De villa designetur vicus, in obscuro non latet. Exstat enim *Rumestorpe* seu *Ricmestorpe* vicus, quem referunt ad Bardorf præfecturam Principatus Wolferbuttelenfis. *Rumeringtorpe* An *Ranwardus* eiusque frater *Ati* ad progenitores comitum de Lesteen spectarint, dicemus alio tempore. Interim vide §. 477, vbi *Arnold* pro fratre suo in pago *Norththuringi*. *Ludolfo* sita in eodem pago in Ocisfelde, quæ probabilissime oppidum Oebsfeld est in ducatu Magdeburgico, quædam donat. Hic *Ranwardi* filius an fuerit, alii augurentur.



Ab anno  
922 usque  
942 re-  
gnante  
Heinri-  
co I.

§. 395.

Tradidit bernhardus pro se et uxore sua frithuburg XVI iugera in *aliereshuf* (w) et in *hrothburghubuf* (x) I iurnalem et quidquid ad eum pertinet.

§. 396.

Tradidit dodico pro se et matre sua uuendilgard et fratre suo luithario I possessionem in *leri* (y) et quidquid illi habuerunt in loco.

De villa  
Aljeres-  
hus in  
pago  
Logne.

(w) *Aljeresbus* villam fuisse in pago *Logne*, docet nos abbas Saracho in Registro. Ex quo patet, subesse vicum *Allersbusen* in praefectura Uslar. Eadem ergo villa est, quam supra deprehendimus §. 376.

De villa  
Hroth-  
burghu-  
sus in  
pago  
Hessi Sa-  
xonico.

(x) *Hrothburghubus* erat sita in pago *Hessi Saxonico*, teste abbate Sarachone. Ex quo loci situ colligimus, designari *Rotenburgum* dynastiae *Defenberg* intra principatum *Paderbornensem*. Hunc locum *Rotenburgum* itaque probe discernere debemus 1) a *Rotenburgo* in ducatu *Magdeburgico*, 2) a *Rotenburgo* ad *Neccarum*, 3) a *Rotenburgo* ad *Fuldam*, 4) a *Rotenburgo* ad *Tubarim*, 5) a *Rotenburgo* in *Suecia*, 6) a *Rotenburgo*, ad comitatum *Tirolensem* spectante, 7) a *Rotenburgo* ad *Oenum*, 8) a *Rotenburgo* in principatu *Verdeni*, 9) a *Rodenberg* in comitatu *Schaumburgico* et 10) a *Rodenberg* in comitatu *Montano*, olim in archiepiscopatu *Colonienfi*. *Rotenburgum* nostrum situm est inter *Daseberg* et *Klingenberg*, et nunc refertur ad iura nobilium dominorum de *Spiegel*. Olim autem spectauit ad *Bernhardum*, quem supra §. 104. not. (1) patrem *Bernhardi* comitis palatini *Saxoniae* fuisse, iudicauimus. Ad *Wiseram* et in principatu *Gotingensi* hunc palatinum *Bernhardum* comitatum suum habuisse anno 970, patet e diplomate caesaris *Otonis*, adfirmantis, villam *Gemmet*, id est, *Gümbte*, ad *Vifurgim* sitam in praefectura *Uslar*, fuisse in comitatu *Bernonis* seu *Bernhardi*. *Berno* et *Bernhardus* vnum idemque nomen est. Cum itaque ex traditionibus nostris pateat, tam patrem *Bernhardum* quam filium eius cognominem in eadem regione bona hereditaria possedisse, nemo infitiri aufit, *Bernhardum* iuniorem fuisse nullum alium, nisi ante commemoratum palatinum. Quia porro et *Bernhardus* noster in pago *Hessi Saxonico* bona tenuit, probabile nobis videtur, uxorem eius *Frithuburgam* genus retulisse ad *Ludolfinam* stirpem, vtpote quae in eodem pago bona hereditaria habuit. Probabiliter ex hac cognatione cum caesarea familia imperatoris *Otonis* fluxit gratia in *Bernhardum*, *Frithuburgae* filium. Haec caesarem impulit, ut illum crearet *Saxoniae* nostrae palatinum Comitem.

De villa  
Leri  
in pago  
Derlingo.

(y) *Leri* villa erat in pago *Derlingo*, testante Sarachone in Registro. In eo porro haec leguntur verba: *In leri in pago derlingo continentur LXXXX iugera, que habent gerward, veindac, bering, et ada, et persolaunt XXXVIII modios siliginis, LXXX modios auene, IIII pannos, et III oues.* E quibus verbis patet, significari vicum *Lere* in Principatu *Wolferbuttelano* intra praefecturam *Campen*. Eiusdem villae meminit comes *Adolfus Schauenburgicus* in litteris anno 1234, quas, cum simul doceant, comites *Schauenburgicos* in eadem regione, in qua olim pagus *Derlingo* erat, bona tenuisse hereditaria, e *MScto* inferere ex vsu erit. En diploma.

Adolfus dei grā comes de *Schauenburg* uniuersis Xpi fidelibus tam presentis temporis quam futuri cupimus notum esse quod nos ob amorem retributionis eterne et nrorum in remedium peccatorum tres mansos proprietatis nre fitos in paruo *Schepensfede* quos *Baldewin* marschalcus de *Volkmerode* de manu nra iure pheodali et nobis resignauit ecclie de *Riddagshusen* contulim? cum omnib? atinentiis suis donatione perpetua possidendos pro his uero mansis recepim? a pdco *Baldewino* alios tres mansos proprietatis sue fitos in *Voltsen* et unum in *Lere* quos ei porrexim? a nobis eo iure quo pcedentes noscitur habuisse. Ne autem aliqua in posterum possit suboriri vexatio, boni testimonii uiros qui huic nre donationi assiterunt presenti carte fecim? annotari et eorum nomina sunt hec. frater noster *Bruno* spofie in *Lubek*. *Ludolfus* comes de *halremunt*. *henricus* comes de *Dannenberg*. *henricus* comes de *Waldenberg*. *Tideric* de *Adenois*. *Echbertus* et *Burchardus* de *Wolferbutle*. Insuper ut hec res ex hoc nunc deinceps firma pmaneat

et

tradiderunt duo fratres *Asic* et *Ailbern* pro proximo suo *Bozo* I iuralem et I  
mancipium in *Astieieshus* (2)

§. 397. et gubernante Corbeiam Folcmaro I.

et inconuulsa hanc paginā testimonialē, inde conscriptā sigilli nri munimine iussim⁹ roborari. Datum halberstad anno dñi M. CC. XXX. IIII. X. kal. februarii.

In hoc diplomate procul dubio *paruum Scheppensede* est vicus *kleinen Scheppensfed*, iter vnus horæ situs ab vrbe Brunswico, et dimidiæ horæ a monasterio *Ridagshusen* distans: *Volssem* est *Voltzen* vicus in præfectura *Wolfenbittel* ab vrbe Brunswico versus orientem iter duarum horarum disiunctus. Cum igitur supra §. 188. et 360. deduxerimus *Schaumburgicos* comites a progenitoribus comitum de *Walbeck*, *Supplinburg* atque *Anhalt*; litteræ allatæ sunt indicio, eos tenuisse intra eandem regionem bona hereditaria, in qua ipsa possederunt et *Walbecenses* et *Supplinburgici* et *Anhaltini*. *Luitbarius* autem, frater *Dodiconis*, videtur fuisse *Luitbarius dux*, quem anno 929 in pugna a *Sclauis* occisum esse, *Corbeiensis* nostri in factis suis referunt, vti supra §. 188. vidimus. Nec dubium fere remanet, quin intelligi debeat *Abauus Thiamari* episcopi *Merseburgensis*, qui e comitibus *Walbecensibus* originem traxit, et qui eiusdem *Luitbarii* p. 326. meminit his verbis: *Henricus rex* (auceps) *has regiones sibi fecit tributarias, Bobemiam, Dalemiciam, Obetritor, Wilcior, Hevellor, et Redarios, qui statim rebelles aliosque ad hæc concitantes urbem Wallisleue oppugnant, destruunt, et incendunt. Ad hoc vindicandum noster conuenit exercitus, et Luncin ciuitatem obsidens, socios eorundem, eos defendere cupientes, inuadit, et pauci effugientibus profrauit, urbem quoque præfatam acquisiuit. Ex nostris autem duo AB AUI MEI VNO NOMINE, QVOD LY THER sonat, signati milites optimi, et genere clarissimi, decus et solamen patriæ, nonis septembris cum multis aliis oppetere. Cum autem pugna eadem, in qua noster Luitbarius occisus, 4 die Septembris anno 929 commissa sit, sequitur, hanc traditionem a *Dodicone* seu *Theodorico* fuisse peractam post 4 Septembris diem eiusdem anni. Videntur eodem tempore cum *Dodicone* nepotes eius, *Asic* atque *Ailbern*, *Corbeiam* accessisse. De quibus memoratur sequenti traditione.*

- (2) *Villa Astieieshus* collocatur ab abbate *Sarachone* in pago *Northuringi*. Hæc villa desolata fuerit oportet. Situm eius indagare non potuimus. In regione, in qua olim pagus *Northuringi* erat, reperiuntur quidem vici *Allenbusen*, atque *Orthusen*, quorum ille ditioi liberorum baronum de *Schulenburg* subest, hic vero est desolatus. Olim vero hic exstitit haud procul a vico *Rottmersleben* in præfectura *Aluensleben*. Statuere non audemus, vnum ex illis ad villam nostram *Astieieshus* congruere. Docti *Magdeburgenses* atque *Anhaltini* in situm eiusdem melius inquirant, obsecro. Digna sane ex nostrâ sententiâ res est, quæ pensetur quam accuratissime, utpote quæ multum facit ad maiorem perspicuitatem demonstrandæ originis principum de *Anhalt*. Ea enim in sententia sumus, quamvis loci illius situs nobis nondum cognitus sit accurate, *Asiconem* atque *Ailbernum* fratres, qui in eadem villa quædam tradiderunt, fuisse satores serenissimorum principum de *Anhalt*, ac palatinorum comitum *Saxonie* de *Sommerschenburg*. *Bozo*, pro quo eadem traduntur, quique eorum proximus appellatur, sororius eorum fuisse videtur. Vocabulum *proximi* in his traditionibus adhiberi pro sororio, iam supra vidimus. *Bozo* ille et ipse in pugna illa acerrima ad *Albiam* anno 929 occisus erat. Ipse forsitan pater fuit illius *Beziconis*, qui anno 984 a *Ditmaro T. I. Leibn.* p. 348. appellatur *Ekkibardi* germanus, et cognatus *Esiconis* comitis nostri. *Ailbernum*, *Athelberonem* seu *Adelbertum*, fuisse palatinum *Saxonie* comitem ac auum maternum *S. Bernwardi* episcopi *Hildesensis*, iam supra vidimus. Possidisse hunc Comitem palatinum bona, in pago *Northuringi* sita, id non potest in dubium reuocari. Probabilissime existimatur ille demum, palatino *Bernone*, qui anno 973 adhuc in vivis erat, mortuo, a cæsare creatus palatinus comes *Saxonie*. Ipse *Athelbero* e vita excessit anno 977, vti supra (§. 188.) e vita *S. Bernwardi* demonstrauimus. Diu igitur *Athelbero* palatinatui præesse non potuit. Neque *Asic* iam anno 930 comes fuisse videtur. Cum itaque *Athelbero* atque *Asic* anno 930 bona quædam tradiderint ecclesiæ nostræ, tunc neque *Athelbero* comes palatinus,

Ggg g

latinus,

Ab anno  
916 usque  
942 re-  
gnante  
Henri-  
co I.  
et guber-  
nante  
Corbe-  
iam  
Folcma-  
ro I.

latinus, neque *Asc* comes nuncupari potuerunt. Verisimillime eodem tempore ipsi adhuc erant circiter viginti annos nati. *Asconem* adhuc vixisse anno 984, demonstrabimus infra. Eo enim anno cum altero fratrum suorum, *Thiadrico*, Corbeia praesto erat, et pro anima fratris sui *Liutharii* quaedam tradebat. Hic *Liutharius* videtur fuisse auus paternus episcopi Merseburgensis Ditmari. Cum itaque huius *Liutharii* pater, ipso Ditmario teste, fuerit *Luitharius* dux, anno 929 occisus, sequitur inde, *Dodiconem* fratrem *Liutharii* ducis fuisse patrum *Liutharii*, *Asconis*, *Thiadrici* atque *Ailberni*, ac horum patrem fuisse *Luitharium ducem*. Si igitur dare nolis, *Liutharii* ducis patrem, auum ac proauum, fuisse *Frihericum*, *Oddonem* comitem, atque *Abbonem* principem, quamvis id verisimilimum sit; negare tamen non poteris, *Luitharium ducem* fuisse patrem *Liutharii*, *Atbelveronis*, *Thiadrici* atque *Asconis*. Horum dominorum consanguineus erat abbas Corbeiensis *Folcmarus*, vii exponemus in *Historia* nostra *Corbeiensis*. Hinc credimus, illis dominis cogitationes subnatas fuisse de hereditariis suis bonis ecclesiae nostrae tradendis. Tempore abbatis *Godescalci Folcmarus* ille monasterio sese adgregavit Corbeiensis. Cumque illum *Heinricus* auceps in diplomate quodam haecenus inedito appellet sibi consanguinitate coniunctum, nullum eum fuisse alium putamus, quam filium *Liutharii I* atque *Enda*, filiae *Luidolfi* ducis Saxoniae. Hinc neminem posse praeterire censemus, *Folcmarum* eundem fuisse, pro quo pater eius *Luitharius* (§. 317) bona quaedam, ad Redenestorpe in pago Hardego sita, tradidit, cum illum offerret Deo ad reliquias sanctorum martyrum, Stephani atque Viti. Sororem eiusdem *Folcmarum* nominat Abbo de Dalem in *Chronico Groningensi MScto Katarinam*, praedicans, eam nupsisse Lippoldo dynastae de Luthorste. An vero sic recte praedicauerit Abbo ille, expromemus alio tempore. Illud interim e supra deductis patet, *Dodiconem*, *Ailbernum* atque *Asconem* bona sua tradidisse tempore praesidentis abbatis *Folcmarum*, qui, cum totam *Sifridi* comitis insignem hereditatem in pago Hardgo in et extra urbem Groningen anno 936 acquisuerit, testante diplomate supra (§. 163) allato, plures fortasse traditores in monasterio suo non vidit. Forlan putabant aliqui, abbatiam nostram sat auctam diuitiis et fortunis penitus locupletatam esse, vel munera sua parua non fore gratissima. Totos enim comitatus tradere, omnibus datum non erat. Marcwardum itaque, Sigfridum ac Sibertum, qui in seqq. §§. quaedam donarunt, bona sua tradidisse, gubernante adhuc Corbeiam *Folcmaro*, statuere non audemus. Probabilissime enim existimantur illi bona sua largiti tempore abbatis Corbeiensis *Bouonis*. Paragraphus 400 nos docet, Erponem sua tradidisse ecclesiae nostrae, praesente abbate Gerberno, qui praefuit ab anno 949 vsque ad 966. Ipse *Folcmarus* mortuus est, testante Chronico nostro MScto et coetaneo ad annum 942. VI. Non. Octobris, quo decedente, ad eundem annum gubernator abbatiae nostrae electus est *Bouo*, serenissimis itidem parentibus natus, ecclesiae autem Corbeiensis non multum utilis, quippe quae sub eo haud magna accepit incrementa. *Widekindus* noster id indicare videtur, vbi *Annal. L. III. p. 651* in verbis iam supra §. 174 not. (h) adductis asserit, *Bouonem abbatem fuisse virum sapientem ac clarum, a Deo Corbeiensibus ostensum, sed non concessum*. Cum enim ipse *Ottonis Magni* consanguineus esset, vii l. c. ostendimus, in aula caesaris plus versabatur, quam in monasterio nostro. In aula caesaris eum *Bruno* quondam frater monachus et regis frater adiuuabat in acquirendis quibusdam priuilegiis, quorum iam supra quaedam adduximus, ac plura in *Historia Corbeiensis* producemus. Fortasse autem eius absentia in causa fuit, vt in aliis commodis abbatiae nostrae augendis multi benevolentiam suam illi accommodare non potuerint. Esto ergo, non plures, quam tres dominos, munera sua ecclesiae Corbeiensis attulisse, gubernante eandem *Bouone III*. Eo vero abbatiae nostrae praesidente, sceptrum Germaniae tenebat *Otto* cognomento *Magnus*. Anno enim 936 eius gloriosissimus pater *Heinricus*, Sclauis anno 929 subactis, Ungariis anno 932 et 933 debellatis, et Danis anno 934 superatis, felici leto egregios finiuit labores, eique successit in dignitate regali eius filius *Otto*. Quilibet ergo facillime percipit, nos oportere consignationem annorum ad marginem appositam mutare, et nouam inchoare sectionem.



TRA-